

Æterne lucis conditor

Brevier-Himno

Ordinara tempo > 2-a kaj 4-a semajno > mardo > matena laŭdo

*Æterne lucis conditor,
lux ipse totus et dies,
noctem nec ullam sentiens
natura lucis perpeti,*

*Iam cedit pallens proximo
diei nox adventui,
obtundens lumen siderum
adest et clarus lucifer.*

*Iam stratis læti surgimus
grates canentes et tuas,
quod cæcam noctem vicerit
revectans rursus sol diem.*

*Te nunc, ne carnis gaudia
blandis subrepant æstibus,
dolis ne cedat sæculi
mens nostra, sancte, quæsumus.*

*Ira ne rixas provocet,
gulam ne venter incitet,
opum pervertat ne famis,
turpis ne luxus occupet,*

*Sed firma mente sobrii,
casto manentes corpore
totum fideli spiritu
Christo ducamus hunc diem.*

*Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
cum Spiritu Paraclito
regnans per omne sæculum.*

Amen.

Ho Eternul', de l' lum' kreint',
Vi mem en Vi nur lum' kaj tag',
ne sentas ajnan nokton Vi,
natura de l' senfina lum'.

Paliĝe cedis jam la nokt',
alvenis nova hela tag',
la stela brilo svenis for,
kaj levis sin la sun' kun klar'.

Leviĝu ankaŭ ni kun ĝoj',
Vin danku per triumfa kant',
ĉar venkis super nokt' la sun',
por ke revenu tag' al ni.

Ni petas Vin, ho sankta Di':
Ne difektiĝu nia mens'
per karna ĝoj', lasciva ard',
ĉi-monda ruzo, kaŝa tent'.

Koler' ne pelu al kverel',
nek nia ventro al volupt',
avido ne koruptu nin,
nin ne sklavigu vanta luks'.

Kontraŭe: Kriston sekvu ni
per firma mens', per ĉasta korp',
kaj restu sobra nia kor',
fidela tra la tuta tag'.

Al Di', la Patro, estu glor',
al Kristo, Lia sola Fil',
kaj al la sankta Paraklet',
tra ĉiuj tempoj, en etern'.

Amen.

latina T: minimume 5-a/6-a jarcento

E: Peter Langenecker kaj
Albrecht Kronenberger 2005